est. Ad cuius sepulturam in Aretio multa miracula
et magna Dominus operatus est.

Rudolffus electus concorditer per principes
Almanie in regem Romanorum in Frangk-
fordt sub anno Domini MCCLXXII°, qui fuit comes
de Habichburg et pro tunc absens. Et eodem
anno IX. Kalendas Novembris coronatus est in
regem Aquisgrani. Usque ad hunc regem Rudolffum
quasi oblivioni traditum Romanorum
regnum iacuit absque imperatore per XXII
annos, multis bellis a soldano et hostibus fidei,
quod turpius est, laceratum.
letroviter

Anno Domini MCCLXXIII° Rudolffus rex Romanorum
auctoritate regia convocatis episcopis ac princi-
pibus necnon magnatibus regni in Norinbergk
celebravit curiam suam in festo beati Martini,
ostendens ibidem robur virtutis sue cum duobus
milibus militum armatorum. Et insuper quin-
gentorum militum armatorum vallatus presidio,
qui contradictorum et rebellancium inimicorum,
si qui forsitan apparerent, machinaciones et
seviciam propulsarent, sive Adockari regis
Bohemie, adversarii sui, sive aliorum. Sed dis-
pensante Deo nullus ibi contradictor vel adver-
sarius audebat ipsi regi Rudolffo resistere.

Anno Domini MCCLXXIIII° Soldanus Babilonie
in odium ecclesie Armeniam vastavit et populum
regni illius gladio occidit. Hoc eciam anno circa
festum sancti Galli papa Gregorius decimus et rex Ru-
dolffus cum multitudine gloriosa et cum grandi
leticia ad invicem convenerunt in civitate
Losanna. Tunc prefatus rex ibidem et regina
coniunx sua et dux Lothringie, dux Bavarie
necnon et quingenti milites expediti in plenis
armis, cruce signati sunt omnes pariter de manu
pape ad transfretandum ultra mare in sub-
sidium Terre Sancte.

Er. Kinds. blau Seit K.

s. f. 142

(cgl.) a) novit com habischburg

b) Turpius cod. m. Schm. corr. turpius

Das Volgende fgl. mit Eccard c. 439 unten — 441 zu hand.

Statt e für ae und oe, statt c ... t.

ae = Cr. ST.

c. 440 c) militum

d) fallatur

e) appueret c